



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum naturæ diuinæ conueniat assumere naturam
humanam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum gratia fuerit in Christo naturalis.

Tho. 3. p. 7. art. 13.

Tertiò queritur, vtrum gratia fuerit Christo naturalis. Et arguitur quod sic, quia illud est rei naturale, sine quo res non potest existere. Sed sine gratia unio nō Christus non existeret, quoniam Christus nominet suppositum in duabus naturis, ergo gratia unio nō est Christo naturalis.

2. Ite arguitur de gratia habituali sic, illud est naturale, quod est a principio intra. In hoc enim differt ars a natura, quod natura est principium intra. Ars est principium extra. Sed gratia habitualis est in Christo a principio intra, scilicet a Deitate; ergo ipsa est Christo naturalis.

3. IN contrarium arguitur, quia nihil supernaturale est aliquid naturalis vel cōnaturalis, quia diuiduntur ex operario, sed gratia tam unio nō quā habitualis est aliquid supernaturale, ergo neutra eorum est Christo naturalis, vel connaturalis.

4. RE SPONSIO. Questio ista facit mentionem de duplice gratia, scilicet de gratia unio nō que nihil aliud est quam ipsa unio gratia à Deo facta. Et de gratia habituali, que conuenienter ponitur esse quoddam donū supernaturale perficiens animam. Et de vtrig. gratia dicendum quod nulla est Christo naturalis, loquendo proprio. Est rāmen naturalis similitudinari per quandam adaptationem, quam quidam vocant cōnaturalis. Primum patet sic, illud est proprium naturale alicui quod sequitur ad natūram, seu ad principia naturae, & naturaliter sicut naturae est leui ferrī sursum, & graui deorsum. Sed neutra gratia, scilicet unio nō, vel habitualis sequitur naturaliter ad alia quam naturam existēt in Christo. ergo neutra gratia est proprium Christo naturalis, maior patet, minor declaratur, quia gratia unio nō non consequitur naturaliter ad naturam humanam in Christo, eo quod in natura humana non est aliqua naturalis habitudo ad unio nō cum persona diuina, sequitur autem ad naturā diuinam, sed non naturaliter, in modo gratuito, seu voluntari. Similiter gratia habitualis nō sequitur naturaliter ad naturam humanam, alioquin non esset gratia, quia nihil debitum naturalibus est gratuitum: sequitur autem ad naturam diuinam, sed non naturaliter, sed gratuito, quemadmodum dictum est de gratia unio nō, quare &c.

5. Secundum patet sic, illud quod in est rei a principio sua entitatis, & ab intrinseco est naturalis per similitudinem, eo quod naturalia propria dicta sequuntur principia intrinseca, & statim nisi sit aliquid prohibens, sicut dictum est de motu sursum & deorsum in levibus & gravibus, quia quādam dat generans de natura & de forma rāmen de motu ad locum, sed gratia fuit in Christo ab initio sue conceptionis, & a principio intrinseco, scilicet a natura diuina: quare, ut videtur, potest aliquippe dicere naturalis, saltem similitudinari, vel connaturalis.

6. AD primum argumentum dicendum quod nō omnī illud est proprium alicui naturali, sine quo non potest esse. Sed requiritur quod sit conueniens ad naturam, nō antecedens, & sequitur ex necessitate, & non ex liberate voluntatis: gratia autē unio nō non sequitur personam Christi, ut subsistat in duabus naturis, sed potius antecedit, vel fatet est simul, ipsa etiam ex benefacito diuino, & non necessario est concomitans, vel leguens aliquam naturam in Christo. & ideo non est proprium naturalis.

7. Ad secundum dicendum quod gratia habitualis, ista sit a principio intrinseco, non tamē sequitur ad ipsam naturaliter, sed liberē.

8. Argumentum vero in oppositū solum probat quod non est proprium naturalis propter causam assignatam.

Sententia huius distinctionis. V.

in generali & speciali.

Preterea inquiri oportet. Superiorus determinauit Magister, quid sit assumens, & quid assumptum. Hic vero determinat de vtrig. simul, vtrum assumens & assumptum habeant rationē naturae, an personae. Et diuiditur in tres. Primo mouet questionem. Secundō solvit ibi, haec quæstio, sive inquirendi ratio. Tertiò determinat quadam incidentes dubitationes ibi. Sed queritur vtrum diuina

Sancto Porciano

persona. Secunda istarū hęc inquisitio diuiditur in duas. Primo quæstionem determinat, quantum ad illud quod habet facultatem & manifestę veritatem. Secundō quācum ad illud quod habet difficultatē, & eit in quæstione magnum dubium: de quarto vero quæstionis hęc secunda habet duas. Primo opponit per rationem ad vtrā partem dubitationis. Secundō solvit, & solutionē confirmat ibi. Nos autem omnis mendacii, Tertia pars ibi. Sed queritur, vbi mouet quādā quæstiones circa prædictā diuiditur in duas. Primo mouet quæstiones. Primo diuiditur in duas, secundum duas quæstiones quādā mouet, & solvit ibi. Si autem diuina natura. Secunda vero ibi. Ideo vero persona, in qua mouet dubitationes circa secundum dictum diuiditur in duas. Primo ostendit veritatem. Secundō arguit duplīciter in contrarium, & solvit ibi, hic autem a quibūdam. Hęc est sententia & diuīlio lectionis in generali.

2. IN speciali sit procedit. Primo queritur vtrum per sona assumperit personam, vel persona natura, vel natura naturalis, vel natura personae. & vtrum ita conuenienter posfit dici diuina natura incarnata, sicut dicitur Deus incarnatus. Et respondet q̄ in istis quest. aliquid est clarum, aliquid dubium. Clarum & certum est q̄ nec natura personae, nec persona personae, sed persona natura assumpsit; quod probat per autoritates Aug. De quarto vero quæstionis articulo, scilicet vtrum natura natura assumpsit, ponit autoritates ad vtrā partem. Et primo q̄ natura non assumpsit naturam. Et secundō in contrarium, scilicet q̄ natura assumpsit naturam. Et tertio ponit alias autoritates, que dicunt personam assumpsisse naturam, & naturam diuinam esse vnitam naturam humanam, & eam assumpsisse. Magister autem cōcordat in hanc ultimam sententiam: & confirmat eam ex verbis Damas. qui patet in libro. Tunc querit vtrum diuina natura, ex quo est carnata, debet dici caro facta, sicut dicitur incarnata. Et dicit quod non, ne per talē locutionem intelligatur conuertibilitas vnius naturae in aliam: vnde melius est talem locutionem tacere, vel negare, quam alterare. Postea querit ex quo diuina natura assumpsit naturam humanam, vtrum debet dici facta homo, sicut filius Dei dicitur factus homo. Et dicit quod non, quia filius assumpsit naturam hominis in vnitatem sue personae, sed natura diuina non assumpsit naturam humanam in vnitatem naturae. Ideo vero filius non assumpsit personam, quia caro & anima quā assumpsit, non fuerunt prius vnitae inter se ad constitutendum propriam personam, & fuerit verbo vnta. Item arguit q̄ anima cum sit rationalis naturae induit dualis substantia est persona, ergo filius Dei assumendo animam, assumpsit personam, responderet q̄ anima separata est persona, non autē coniuncta quomodo fuit assumpta. Et in hoc male dicit, quia nec separata, nec coniuncta est persona, quoniam non sit completa substantia. In fine addit plures autoritates, que dicunt q̄ filius Dei assumpsit hominem. Et sic videtur assumpsisse personam. Et responderet quod non, ne homini intelligatur natura humana, vt sit sensus, assumpsit hominem, id est, naturam humanam.

QVÆSTIO PRIMA.
Vtrum natura diuina conueniat assumere
naturam humanam.

Tho. 3. p. 9. art. 1. &c. 2.

Circa distinctionem quintam primo queritur, vtrum natura diuina conueniat assumere naturam humanam. Et viderit quod non, quia sicut se habet persona ad personam, ita natura ad naturam: sed persona diuina nō potest assumere personam humanam, quia tunc essent duas personae, & per consequens non esset assumpta, ergo natura diuina non potest assumere naturam humana.

2. Item quod conuenit natura diuina conuenit toti trinitati, sed assumere naturam humanam non est cōmune toti trinitati, sed propriam filio: ergo assumere non conuenit diuina natura.

3. IN contrarium est quod dicit Aug. de fide ad Petrum, illa natura quae semper genita manet ex parte, id est, quae est per generationem æternam accepta a patre, naturam à matre sine peccato suscepit. Ad id sunt multe auto-

autoritates eiusdem in litera.

4 R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est, cui conueniat assumere, natura, scilicet, an persona. Secundum est, cui conueniat assumere.

5 Q U A N T U M ad primum sciendum est quod cum assumere idem sit quod ad se sumere, assumptio importat actionem, per quam assumptum vnitur assumenti. Et ideo omne assumens est causa actionis, & unum extremum vniuersitatis, que fit per assumptionem: causa autem dicitur, & id quod agit, & ratio agendi, sicut ignis & calor: quantum ergo ad hoc quod assumens est causa talis actionis assumere conuenit persona diuina tanquam agenti, sed natura tanquam rationi agendi, quod patet quia perfecti est agere, ratio autem agendi est illa perfectio ratione cuius fit actio. Sed perfectissimum in quacum natura est suppositum, vel persona, ergo supposito vel persona coperit actio tanquam illi quod agit. & sic in diuinis, illud quod assumit propriè est persona diuina, perfectio autem per quam conuenit ei talis actio pertinet ad essentiam, quia generaliter omnis actio Dei quae est ad extra est à potentia que est vnu de attributis essentialibus. Assumptio autem est actio ad extra ergo ratio per quam competit persona diuina talis actio est potentia non notionalis, sed essentialis de qua dicit beatus Aug. ad Volusianum quod in mirabilibus factis (sicut est incarnationis) tota ratio facti est potentia facientis. Sic igitur patet quod quantum ad id quod assumens est causa actionis, assumere conuenit persona tanquam agenti, & natura tanquam rationi agendi. Ex quo sequitur quod magis propriè conuenit persona assumere quam essentia vel natura, quia in supposito vel in persona, quæ agit includit essentia, vel natura, per quam agit, in natura vero vel essentia que est ratio agendi non includit persona.

6 Quantum autem ad hoc quod assumens est unum extreum cui vnitur assumptum: sic adhuc assumere coperit tam personam quam naturam diuinam, perfectius tamen persona, quod patet sic, quia exclusa inherenter similitus est vniuersitate assumptae cum assumente sicut vnu accidentis cum supposito substantiae. Sed accidens vnitur supposito substantiae, & ipsi naturae ergo natura assumpta vnitur utriusque scilicet supposito & naturae diuinae, propter quod sicut filius dicitur incarnatus ita natura diuina dicitur incarnationis secundum Damas. lib. 3. perfectius tamen fit huc vnu cum persona quam cum natura, quia sicut dictum fuit prius dict. i. qu. 2. vnu naturae assumpta cum persona est secundum duo, scilicet secundum naturam diuinam, & secundum proprietatem relatiuam. Sed vnu eiusdem cum natura diuina est tantum secundum vnum, & sic patet prius cum competit assumere.

7 Q U A N T U M ad secundum, scilicet, cui competit assumere. Dicendū quod non conuenit ipsi persona, sed conuenit soli natura, non omni, sed creatura. Quod non conueniat persona probatur sic, quia quod assumunt preexistit assumptioni, saltē ordine natura, ergo si persona humana assumetur praे�xisteret assumptioni, & tunc aut in sua assumptione definieret esse persona, aut maneret in personalitate sua. Si definieret esse persona, frustra fuisset illa personalitas. Et iterum persona non fuisset assumpta, quia assumptum manet in assumente. Non obstat quod dicit Inno. 3. quod persona diuina cōsumpsit personam hominis, nihil autem consumit nisi quod fuit, quia illa consumptio non est intelligenda propriè per destructionem personalitatis, sed largè per impedimenti personalitatis que ibi fuisset nisi à personalitate diuina fuisset praeventa. Si tunc maneret non esse assumptio de qua loquitur, quia secundum Aug. de tri. cap. 1. talis fuit assumptio quod hominem faceret Deum & Deum hominem, vel saltē humanum & incarnationem realiter, hoc autem non est possibile, si assumens & assumptum essent distincti personae, quia quae distinguuntur supposito, vel persona, non praedicatur de se inuicem realiter, ergo non est possibile quod persona manus in sua personalitate assumatur. Relinquitur ergo quod sola natura posset assumi, non diuina natura, quia non potest carere sua propria substancialitate. Sed natura humana, non in vniuersali, quia sic non habet esse reale, sed in singularitate. Vnde Damas. 3. lib. dicit quod filius Dei assumpsit naturam humanam in athomo, per athomum intelligentis singularitatem, vel individuationem naturae, &

non personalitatem. Dicit enim Aug. in lib. de fide ad Petrum, quod Deus naturam hominis assumpsit, non personam. Contrarium autem dicere (scilicet quod persona manus in sua personalitate fuerit assumpta) est error Nestorii, qui posuit in Christo duas personas, vel duo supposita soli vniione affectus coniunctas eo modo solum quo qui adhaeret Deo unus spiritus est, qui error condemnatus est in synodo Calcedonien. & sic patet tertium.

8 Ad primum arg. dicendum est quod non est simile de natura respectu naturae, & de persona respectu personae quo ad assumptionem, quia ratione personae repugnat assumere manente sua personalitate, natura autem non repugnat assumere nec assumere, ita ut sit ratio assumendi. Et ita ex nostra parte est repugnans, si natura naturam assumperit praedicto modo, sicut est repugnans ex parte assumpti, si dicar quod persona sit assumpta vel persona.

9 Ad secundum dicendum quod assumere, prout conuenit naturae est commune toti trinitati, quantum ad id quod est ibi actionis, quia tota trinitas fecit assumptionem per potentiam, quae est artibutus essentiae, quantum etiam ad id quod essentia est extrema cui vnitur natura, assumpta est assumptionis communis toti trinitati, nec tamen propter hoc potest quod liber persona dici incarnata, quia in illa vniuersitate non consummatur assumptionis, sed in vltiore quae est cum proprietate relativa, quae est propria persona filii, sicut plenus declaratum fuit prius dict. i. quest. 2.

Q U E S T I O N E C V N D A .

Vtrum terminus assumptionis sit natura, an persona.
Tb. 3. p. q. 2. ad. 3. & q. 3. art. 1. & 2.

S E C U N D U M queritur de termino assumptionis, quid sit, natura aut persona. Et arguitur quod vtrumque, quia in actione reciproca idem est agens & terminus, sed assumptionis est actio reciproca. Assumere enim est idem quod aliquid ad se sumere: ergo quod est assumens, est etiam terminus assumptionis. Sed tam natura diuina, quam persona est assumens (vt patet ex precedente questione) ergo vtrumque est terminus assumptionis.

2 Item in assumptione, de qua loquimur, non videtur esse nisi tria, scilicet persona, & natura diuina, quibus aliis modo competit assumere & natura humana cui competit assumiri, sed natura humana non potest esse terminus assumptionis, quia ipsa solum assumitur ad aliud: ergo natura diuina, vel persona, vel utriusque simul competere esse terminus assumptionis.

3 IN contrarium arguitur, quia finis & agens non possunt coincidere in idem, secundum numerum. Sed tam persona quam natura diuina est agens assumptionem, ergo non potest esse finis vel terminus assumptionis.

4 R E S P O N S I O . Quoniam in eodem instanti fuerit natura humana formata, & verbo vniata, tamen alia actione fuerit natura humana formata & alia ratione verbo vniata. Quod patet, quia separari possunt adiuvicem. Potuit enim natura humana per Spiritum sanctum formari, & non vnius alteri, & iterum natura humana prius formata opero naturae posset per Spiritum sanctum de novo vniari persona diuina, amissa sua propria personalitate: & sic sunt duae actiones, & non una, nec terminus vnius est terminus alterius, quia actiones distinguuntur per suos terminos. Terminus enim formationis fuit ipsa natura humana, vel pars eius formalis, scilicet anima, de termino ergo assumptionis, vel vniuersitatis naturae humanae cum natura diuina, vel persona procedit solum ista quæstio.

5 Ad quam dicendum est, quod si propriè volumus loqui, assumptionis, vel vnu non terminatur ad naturam, nec ad personam, sed ad vniuentem naturam assumptam & cum natura & persona assumente, vel ad esse vnu. Quod propriè non terminatur assumptionis ad naturam, vel ad personam, patet sic, terminus non praे�xistit actioni quam terminat. Alioquin frustra esset actio, quia ordinetur ad acquisitionem termini, si terminus sine actione haberetur. Et hoc expresse vult Arist. i. de generatione, ubi dicit quod habitibus praefertibus in materia cessat motus. Ex quo patet quod omnis actio & motus est propriè non habitum. Sed tam natura diuina quam persona praे�xisterunt assumptiones, ergo non sunt termini assumptionis.